Sel. 1. 24[3]

About 1630?

Quantitas non realiter diſtinguitur à materia.

EDicta quæ lex concinendis verſibus,
Et artefactæ mentium propagini,
Materia primùm ut apta curetur probè;
Ornata numeris prodeat cùm in publicum,
Quam quantitas ſequatur ut pediſſequa;
Non illa mundum flectit, aut formam rei,
Procera cùm ſit, per figuram corripit:
Niſi fortè Apollo juvenis, Harmonia aut Dea,
Orbémve fecit ille qui Thebas priús.
Et dum canoræ doctus increpuit lyræ
Orpheus, ſequaces cantibus ſylvas trahens,
Allapſa ſiſtens flumina, edomans feras,
Lupus capellæ molle dum admittit latus,
Vulsíſq; truncus ambulat radicibus,
Aut rupta rupes; ipſe menſuras dedit,
Numeróſque ſaxis; quantitatem non dedit.
Natura ſeſe lege vinxit diſpari,
Sibi nixa ſemper: non ut Ægle morbida,
Quæ pelle pictâ, dentibus vel Indicis

Tonitruique inanes, vindices flammas Jo
Quæq; arma cœli cuncta Cyclopum labo
Fuerant, ſuperbus ecce Salmoneus habet;
Summúmq; ſic ſe fingit, & credit Deum.
Fulmen triſulcum ſola ſed poſſit Jovis
Vibrare dextra; plebe nec Divûm ſatus
Sufficiet operi. Nuncius cœli alipes
Furatur audax tela dum magni patris,
Inuſta manibus furta perſenſit ſua.
Unum fatetur quilibet regem locus;
Unóque cœlum ſole diſpenſat diem;
Unúmque ſummum mundus agnoſcit Jo

ERGO

Nullis Deorum rector impertit ſacras
Vires; ſuperbo pœna pro dono forent.

Found in the binding of H. 11. 64.

Oct. 1921.